

007

partem fenestra fuit in latere de qua coruum ut columbam dimisit homo
 ut sua diuini transfuset aqua cognosceret. Et quia archa eadem in uno fuit
 cubito summata homo et uoluita iuxta cubitum fuerit. Recte itaque per archam
 uniuersa ecclesia designatur. quae adhuc in multis suis carnalibus lata est in paucis
 spiritalibus angusta. Et quia ad unum hominem qui est sine peccato colligitur quasi uno
 cubito summatur. Videmus autem multos intra eadem sanctae ecclesiae sinum in superbia
 erigi in carnis uoluptate dissolui acquirendis terrenis rebus inhare im
 perante auaricia maria transire deseruire iracundiae uirgulis uascare pri
 mos quos praesument ledere. Sed quia eos adhuc sancta ecclesia tolerat ut conuertat
 quasi in arcem latitudine deorsum bestiae morantur. Videmus alios iam aliena
 non querere in lata iniuria equanimiter portare rebus propriis et ceteros
 humiliter uiuere. Sed quia isti iam pauca sunt angustatae archa. Alios autem con
 spicimus etiam possessa relinquere nullum terrenis rebus studium dare in om
 nis iudicio praesumere. praesente desiderium contemplationis penna subleuari.
 Sed quia tales quique ualde rari sunt iam archa iuxta cubitum ducit ubi homines
 et uoluita continentur. Queritur tamen si quis in eis esse ualeat sine peccato. et nullus
 inuenitur. Quis itaque homo sine peccato est nisi ille qui in peccatis conceptus non est.
 In uno cubito summatur archa quia unus est auctor et redemptor sanctae ecclesiae sine
 peccato ad quem et per quem omnes proficiunt qui se esse peccatores nouerunt. Di
 cat itaque de lumine et porta et cubito unus finis utriusque. Quia cum unus medi
 ator dei et hominum homo Christus ihesus in maiestate sua apparuerit omnia utriusque
 testamenti quae praedicta et praemissa sunt completit. Si uero utraque hoc loco mar
 gine ac thalamos memorat neque hoc ab hac sententia abhorret. Quia cum
 maiestas redemptoris nostri nobis fuerit ostensa finit fides cum iam ceperat uide
 re homo quod credidit. Et ad finem suum peruenerunt thalami quia corda fidelium

Longitudine
 archae et latitu
 dine.

Minus longa et
 minus lata.

Terminus angustiora